



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

ciii. Ad eum, qui non concoquit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Ad eum qui concoquit quidem, sed  
carnem reijcit.*

**E**I vinum vetus detur cum carne, & recuperabit appetitum: deinde postridie quinque grana geponomi trita eidem obciantur cum particula carnis.

*Ad eum, qui non cocoquit.*

**S**I non concoquit, & cibum euomit, ita curabis. costi & folij drachmæ singulæ. laferis semidrachma, melli quam optimo permisceantur, & dentur accipitri, atque aliquanto post ei cibus præbeatur columba. Alij hoc remedio vtuntur. qui recentis vitelli, mellis, olei sufficietes partes permistas & subactas ipsi præbent edendas cum carne. Quidam etiam vinum admiscent, vt efficacius remedium sit. Sunt qui dent tribus particulis carnis reū Ponticum additum. Nonnulli folia spicæ nardi & geponomi æquo pondere trita vino Amineo conspersa infundunt, aut geponomum leuigatum, carni immistum accipitri esurienti apponunt, ne odorem sentiat.

K iij